147-52

not. Jaud. de inicibo (?) libro

Sit omnibus Notum Quod Ego Anthonius Renau fusterius
civis Barch.ne nunch vero habitator in villa sancti cucuffatis vallen. tutor datus cons=
titutus et assignatus persone et bonis Anthonij Renau filij mei pupilli et domine
Geralde quondam uxoris mee per venerabilem curiam dicte ville sancti cucuffatis
vallen. utilitate dicti pupilli penssata Gratis et ex certa sciencia pro dictum pupillum
et per omnes eius heredes et successores quoscumque presentes atque futuros Ad bene videlicet
meliorandum et in aliquo non deteriorandum habendum tenendum et in sana pace
perpetuo possidendum Noviter stabilio et in emphiteosim perpetuo dono vobis
Fran.co sala militoni de dicta villa sancti cucuffatis vallen. et vestris et quibus volueritis
perpetuo Quandam petiam terre in parte de vinea plantatam et in parte culturia-
tam cum olivarijs et alijs arboribus diversorum generum que ibi sunt et exunt
Cum introitibus exitibus iuribus et pertinencijs suis quam dictus pupillus habet
tenet et possidet in parrochia s.ti Petri de octaviano et in loco vocato la creu de
llaceres. Et tenetur per honorabilem Geraldum de Palaciolo militem dominum
domus villanova dicte parrochie Ad censum quatuor solidorum monete barch.ne
de terno Anno quolibet solvendorum in festo Natiuitatis domini Et sub dominio et
alodio suo. Et terminatur ab oriente cum camino publico que ibi est quo itur de
dicta villa apud civitatem barch.ne A meridie cum torrente vocato de llaceres Ab
Occidente cum honore Petri carotes Et A circio partim cum honore dicti Petri caro=
tes et partim cum honore francisci verdaguer alias broget dicte ville. Hoc itaque
stabilimentum facio vobis dicto francisco sala et vestrorum et quibus volueritis perpetuo
de predictis omnibus et singulis. Sicut melius dici potest cogitari et intelligi ad
vestrum vestrorumque salvamentum bonum et sanum intellectum. Sub tali tamen pacto
condicione et retencione quod vos et vestri in dicta petia terre heredes et successores vestri
faciatis et persoluatis pro censu dicte petie ~~[illegible]~~ omnium melioramentorum que ibi feceri=
tis de proximo venturo festo nativitatis domini ad unum annum primo et continue
venturum dicto Anthonio filio meo pupillo et suis quinque solidos dicte monete et
sub dicto (?) anniatim perpetuo in dicto termino sive die. Et nichilominus teneamini
facere vos et vestri dictos quatuor solidos dicto honorabili domino Geraldo de Palaciolo et suis
anno quolibet in ipsio termino sive festo sine dampno Jamdicti pupilli et suorum. Si
vero non prestaveritis et obligatis vel faciatis vos et vestri alium dominum vel dominos
nisi tamen dictum pupillum et suos. liceatque vobis et vestris in illis heredibus et
successoribus post dies triginta et quo iudicio honorabili domino Geraldo de Palaciolo et
suis fatigati fueritis Jamdictam petiam terre quam vobis superius stabilio et in emphi=
teosim perpetuo dono cum omnium melioramentorum que ibi feceritis vendere impigno=
rare vel alio quo malueritis alienare vestris tamen consimilibus et vestrorum
Salvo tamen semper in predictis censu Jamdicto dictorum quinque solidorum dicto
pupillo et suis Et in parata tantum pro ipso temporando, Et salvo etiam semper in
predictis dicto censu dictorum quatuor solidorum dicto honorabili Geraldo de Palaciolo
et suis Iure dominio fatica et faciam trigintadierum. Pro intrato vero predictorum
que vobis et vestris supra stabilio et in emphiteosim perpetuo dono habui et recepi
a vobis et confiteor me a vobis habuisse et recepisse unum par gallinarum Et ideo
renunciando excepcioni dicti unius paris gallinarum non habitatorum et non recep=
torum et doli mali et accioni in factum et omni alij Iuri racioni et consuetudini contra
hec repugnantibus. Insuper convenio et promitto vobis dicto fran.co sala et vestris quod
predicta omnia et singula que vobis et vestris supra stabilio et in emphiteosim perpetuo
dono cum omnibus meliorramentis que ibi ~~[illegible]~~ faciam vos et vestros et quos volueritis
perpetuo habere tenere et in sana pace perpetuo possidere. Ego teneor vobis et vestris
semper firmiter de firma et legali evictione eorundem Et de restitucione dampnorum

missionum et expensarum litis et extra secundum supra. Et preservabo vos et vestros
penitus sine damno. Et pro his complendis et attendendis tenendis et firmiter obser=
vandis obligo vobis et vestris omnia bona mea et dicti pupilli mobilia et immobilia
habita et habenda. Renuntians quoad hec omni iuri rationi et consuetudini contra
hec repugnantibus. Ad hec ego Fran[cis]cus Sala jamdictus laudans approbans
ratificans et confirmans omnia et singula supradicta et eisdem expresse consen=
tiens Convenio et promitto vobis dicto Anthonio Renau tutori jamdicto et dicto
pupillo quod dabo et solvam dicto pupillo et suis censum jamdictum anno quo=
libet perpetuo in dicto termino sine fero. Et supradicta meliorabo et in aliquo
non deteriorabo. Et pro his complendis et attendendis tenendis et firmiter obser=
vandis obligo vobis et vestris et dicto pupillo et suis specialiter et expresse jus emphi=
teoticum quod habeo in predictis parvos michi superius stabilitis et generaliter
omnia alia bona mea mobilia et immobilia habita et habenda. Renuntians
quoad hec omni iuri rationi et consuetudini contra hec repugnantibus. Ad
igitur omnia et singula supradicta prout dicta sunt superius et expressata
facienda dicimus promisimus et promittimus nos dicti superius nominati per
nos et omnes nostros heredes et successores quoscumque presentes atque futuros et
notario infrascripto tanquam publice persone pro nobis et vestris et pro quibus parte
interest et pro personis omnibus et singulis quorum interest et interexit in=
terere poterit recipienti et paciscenti ac etiam legitime stipulanti.
Actum est hoc in villa q[ue] ... Vallen[cie]. undecima die februarij Anno
a nativitate domini Millesimo quatricentesimo tregesimo primo. Sig+num
Anthonij Renau tutoris jamdicti qui hec laudo et firmo. Sig+num Francisci
Sala predicti. Qui predictis consentio eaque laudo et firmo.

Testes huius rei sunt Petrus Canoves, Jaume Figuera et Petrus
Rexnall ... dicte ville